

tum numquam didici; sed Lusitanie prima et novissima nubisque permanxit conjux una fatali sorte morte transmissa; neque decet^a cujusquam et monachus inhiens denuo mulier nec labia mea tetigit osculo. Et ut solidius dicta credantur audita, profero testem fidem præsentem quo semper labore stantem per Patrem et Natum et Spiritum sanctum, per dexteram suam qua sanctos coronat, et cardines cœli et fabricam mundi; quod ipse virtute verboque fundavit, quod pagina presens, omneque taxatus [Forte, taxatuni], nec fraude frustratum, testatum per Christum Jesum Dominum nostrum: sed laudes

^a In codice Reg. Bibl. Matri. nec desit.

attello, nec meritus, Deo bona donanti, qui impropperat nulli, et ipse pulsetur ut vincos absolvat, et quos hactenus servat inklesos perducat ad illam patriam novam: hæc [Forte, ac] temporibus tuis, gloriostissime princeps, letentur emersi, fraudibus pressi, fraudeque erecti frenentur repressi, ut legibus Christi utrique juvati, abbati occurrant ad nuptias agni, quæ trophæum aureum pareat vestrum, post vestro procul a [Mss. ad] regno, Domino nostro famulemur effecta in Christo Jesu Domino nostro. Amen.

ANNO DOMINI DC.

DINOTHUS ABBAS.

NOTITIA HISTORICA IN DINOTHUM ABBATEM.

(Fabric. Biblioth. mel. et inf. ætatis.)

Dinothus, abbas Bannochorensis, laudatus Bedæ Hist. Ang. lib. II, c. 2; aliis *Dionotus avonius*, qui in synodo Claudiana Vectiorum, sive Wircorniensis, anno Christi 601, traditur, ut est apud Lelandum c. 44, copiose, graviter, docte, de non admittenda Gregorii papæ, aut missi ab eo Augustini monachi, auctoritate disputasse; præterea defendisse archiepiscopi Menevensis in rebus ecclesiasticis potestatem; in summa, conclusisse non esse e republica Britannorum ut Romanorum fastum vel Saxonum tyrannidem in communionem admitterent. Atque, eodem Lelando judice, quæ erat Dionoti eruditio, recte sentiebat, non esse penes Romanum, ut gentem adrenam (Saxones), fidei prætextu, in alieno (Britannico) confirmaret imperio. Nam si id admitterent, non deesset fucus ad explendoris quoscumque e regnis suis principes. Verba ipsa quædam Dinothi ex mss. Codice Anglo-Saxonice descripta et Anglice cum Latina versione publicavit Henricus Speelmanus tom. I Conciliorum Anglie p. 108; quæ cur conficta sub Dinothi nomine visa sint Schelstraten^a et quibusdam aliis, conjicere facile licet, rationem videre non licet. Sententia

^a Mém. de Trévoix, an. 1700, p. 823.

B verborum hæc est: *Notum sit, et absque dubitatione, vobis, quod nos omnes sumus et quilibet nos rum obedientes et subditi Ecclesiæ Dei et papæ Romæ, et unicuique vero et pio Christiano ad amandum unumquemque in suo gradu in perfecta charitate, et ad adjuvandum unumquemque eorum verbo et facto fore filios Dei: et aliam obedientiam quam istam non scio debitam ei quem vos nominatis papam, nec esse Patrem Patrum vindicari et postulari; et istam obedientium, nos sumus parati dare et solvere ei et unicuique Christiano continuo. Præterea nos sumus sub gubernatione episcopi Caerlegionis super Osca, qui est ad supervidentum sub Deo super nobis, ad faciendum nos servare viam spiritualem. Quæ præterea a Baleo, I, 70, et Pitseo, p. 104 seq. perhibetur scripsisse Dinothus, Defensorium jurisdictionis sedis Menevensis; De conservandis Britannorum ritibus; Disputationum librum, aliumque Orationum et Epistolarum, et in Sacram Scripturam Commentarios, ea nemini visa; et ex sola conjectura, ut in aliis non raro ab his factum, tributa esse mihi persuadeo.*

DINOTHI^a RESPONSIO AD AUGUSTINUM MONACHUM, PETENTEM SUBJECTIONEM ECCLESIE ROMANÆ.

(Ex Vilkinsii Conc. Magnæ Britanniæ, t. I, p. 26.)

Notum sit et absque dubitatione vobis quod nos omnes sumus et quilibet nostrum obedientes et sub-

diti ecclesiæ Dei, et papæ Romæ, et unicuique vero Christiano [et] pio ad amandum unumquemque

^a Descripsi responzionem hanc abbatis Bangor ex 2 mss. Cott.; sed audiamus quid Cl. Spelmanus de suo olim exemplari disserat.

Hæc ex vet. ms. cod. Petri Mosten Cambrobritanni generosi (antiquorem procul dubio imitante) multis abhinc annis ipsem et transcripsi (*Verba sunt Spelmani*)

vitium lippitudinis et cætitatis esse dicendum est. **A** Quia quod Deus bene, sancte et perfecte a sanctis et perfectis viris in hac cella sua instituit, et nunc usque teneri voluit, nullo modo nunc propter paucos et tepidos, aut vagos et pseudomonachos, qui diversorum quotidie circumeunt domos, et cum Epicuro letanter dicunt: *Manducemus et bibamus, cras enim*

moriemur (Isai. xxii, 13), in aliquo transgredi poterit, aut immutari, aut dimitti. Quia, ut sanctus ait Apostolus: *Firmum Dei fundamentum stat (II Tim. ii, 19)*, etiamsi sit, qui in illo malo voluntatis sue vitio offendat et cadat, nec in aliquo vacillet aut nulet quod Deus omnipotens sua dextera protegit et confortat. Amen.

ANNO DOMINI DC.

TARRA MONACHUS.

NOTITIA HISTORICA IN TARRAM.

(Antonii Bibl. Hisp. Vet. t. I, p. 5 2, n. 115.)

Vixit quoque sub Reccaredo rege Tarra monachus quidam, cuius ad eundem regem directam epistolam se reperiisse in duobus antiquis codicibus Ambrosius Morales lib. xii, cap. 22, admonuit. Haec epis-

(a) Exstat quoque in regia bibliotheca Matritensi hisius epistola exemplum e Toletana Cl. Joannis Bapt. Perezii monumentorum collectione, non melius habitum, ut frustra fuerim in eo utcumque restituendo. Purgare autem videtur se Tarra monachus apud regem Reccaredum de crimine pessimo quod ei a Caulianensis prope Emeritam Cenobii fratribus

B tola penes nos est ex codice To'elano descripta, sed adeo, aut exscriptorum incuria, aut sœculorum vitio deformata, ac erroribus scatens, ut vix aliqua ejus sententia elici possit. CARDINAL DE ACUIR. (a)

objectum fuerat: meminit se din Emeritæ atque in Lusitania et lacum et uxoratum, semper tamen innoxium, commorasse; uxoreque defuncta monastriam cucullam induisse. Vulgavit eam epistolam primus quid etiam Cl. Florezius hisp. Sacer. T. XIII. pag. 44.

TARRÆ MONACHI EPISTOLA AD RECARREDUM REGEM.

Suggrendum gloriose triumphantí et invicta fide regnanti piissimo Domino meo Reccaredo regi servus tuus Tarra indignus.

Clementissime Domine et inclyte princeps, precepisti servum bene sepultum sepulcro evulgi et sæculo pandi: et licet haec clementia sit regalis, sed serviens regi sentiet lugubre, dum vadit quo nolit Iussu præcepti: nam dilectus ille clamat Joanns: *Iesus in Judæam ire solebat, quia Judæi eum occidere solabant*: sed licet mysteriis effecta noscantur, quia neclum venerat hora ejus; tamen si vita mortem devitat, mortigerus quidem me dicam qui linguis conflixus, qui semper suspectus, qui nec immemorem esse putamus inlustrem memoriam culminis vestri, eo quod a pontifice templi dudum oppresus tendebam quo nolens patria pulsus facta infandalibus projectus. Sed pius susceptor Dominus meus abscondit me in tabernaculo suo; in die malorum protexit me, dicens: *In silentio et spe erit fortitudo tua*. Et ecce, Domine, imperio tuo promoveor nolens de silentio ad clamores, quin etiam de requie ad labores. Tamen

fideliter moneo jussus: obscenis proverbiis olim auditis: ut cessit incautus, ne excidat multandus; nam dictu propheta rite datus: *Non celabo misericordiam tuam synagogæ multæ*.

Ipsò igitur pio custode quo^a et vere jubente subjaciār nolens ut stylo digesto hacenus clausa ignaris pandimus Domini dona: ideoque, Domine, nec infamia pressus, nec laude erectus, nec ego qui loquor, sed spiritus Patris qui loquitur in nobis, contra malitiae turpitudinis coitum quo in cœtu Caulianense [leg. Caulianense seu Caulianense] monachorum coinquatione polluta sum infamatus, et criminis pessimo fraudulenter objectus, ut vulnus aborsum projecterunt indecatum, et *luzit super me omnis terra: non est inventus qui me agnosceret* ^b [et faceret] bene. Sed amplissima noverit tranquillitas vestra falsidicam vocem eorum: nam tempore omni nullo sub coelo quolibet gradu virorum laicus ac monachus, ullis sceleris dictis nullus me operantem sustinuit factum, nequaquam ego ipse a me portari intulam in Emerita urbe et Lusitania omne illud scor-

* Codices Regiae Bibliothecæ Matrit. et Ecclesiæ Tolet., quod.

^b Deest in exemplaribus et faceret.